X 187621 3

II i
2653

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6266-p0001-4

Sanctiſſimi Domini Noſtri, D. ALEXANDRI Divina providentia Papæ VII.

JUBILÆUM UNIVERSALE

Ad implorandam opem Divinam in præſentibus Eccleſiæ neceſſitatibus.

MAXIMILIANUS HENRICUS DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA ARCHIEPISCOPUS COLONIENSIS, S. ROM. IMPERII PRINCEPS ELECTOR, ET PER ITALIAM ARCHICANCELLARIUS, EIUSDEM APOSTOLICÆ SEDIS LEGATUS NATUS: EPISCOPUS HILDESIENSIS ET LEODIENSIS: ADMINISTRATOR BERCHTESGADENSIS: UTRIUSQUE BAVARIÆ, NEC NON SUPERIORIS PALATINATUS, VVESTPHALIÆ, ANGARIÆ ET BULLONII DUX: COMES PALATINUS RHENI: LANDGRAVIUS LEUCHTENBERGENSIS: MARCHIO FRANCHIMONTENSIS, &c.

Univerſo Clero, Sæculari ac Regulari, necnon omnibus ac ſingulis Civitatis ac Diœceſis Noſtræ Hildeſienſis Chriſti fidelibus, Eccleſiaſticis ac laicis, ſalutem in Domino ſempiternam.

NUper Sanctiſſimus in Chriſto Pater ac Dominus noſter, D. ALEXANDER Papa ejus nominis ſeptimus, Jubilæum univerſale, ad implorandam opem divinam in præſentibus Eccleſiæ, iisq; graviſſimis, neceſſitatibus conceſſit, & publicavit, publicarique mandavit ubicunq; locorum, ſequenti ſub tenore:

ALEXANDER PAPA VII.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

E Suprema militantis Eccleſiæ ſpecula mentis noſtræ aciem quaquaverſum intendentes, & aſſiduas gregis Nobis ex alto crediti calamitates attentè contemplantes, crebra ex imo corde ſuſpiria, & uberes ex oculis lacrymas fundere cogimur. Cujus enim vel ferreum pectus non commoveant hodiernæ Orbis Chriſtiani miſeriæ? Viget viſcum maximè pertinax inter Principes Catholicos bellum, cui componendo fruſtra hactenus viſa ſunt eſſe humanæ prudentiæ conſilia. Ad Orientem piiſſimæ Reipublicæ ditiones decennali bello à Turcarum tyranno infeſtantur. Exutus ad Septentrionem Regni ſui parte hæreticorum armis Rex Orthodoxus, neque tutis ab eorum odio, & potentia aliorum fines. Sævit ad Meridiem dira epidemiæ lues, quæ & vicinos depopulatur, & huic Urbi veræ religionis capiti imminere videtur. Ubiq; terror, ubiq; malorum impendentium formido; ita ut ſi unquam, certè nunc gravem Domini manum ſentiamus, flagitiis hominum ejus iram jugiter provocantibus. Cui placandæ licet privata noſtra, & aliorum ſacrificia, & preces ſine intermiſſione adhibere non deſiſtamus, promptius tamen id à divina miſericordia Nos conſequuturos arbitramur, ſi noſtris omnium Chriſtifidelium orationes, purgatis per ſalutarem veræ pœnitentiæ medicinam à colluvie peccatorum animis, jungantur: Clemens eſt enim, & miſericors Deus noſter, & propitiatur cunctis invocantibus eum in veritate. Hoc autem ut fructuoſius fiat, & majori cum ſpiritus ardore peragatur, ex veteri Eccleſiæ Romanæ omnium Matris, & Magiſtræ more eiuſdem Eccleſiæ theſauros, quorum Diſpenſatores à Domino conſtituti ſumus, proferre, & erogare decrevimus. Itaque ex parte Omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sancti omnes, & ſingulos utriuſque ſexus Chriſti fideles tàm in eâdem alma Urbe Noſtra, quàm extra ubilibet locorum conſtitutos Apoſtolica auctoritate paternè requirimus, monemus, & in Domino adhortamur ad infraſcripta devotè peragendum, & adimplendum, & ad Deum Salvatorem noſtrum orandum, ut per viſcera miſericordiæ ſuæ fidem Catholicam protegere, ab hoſtium conatibus, & inſidiis defendere, hæreſim extirpare, Principibus Chriſtianis pacem, & veram tranquillitatem donare, populos epidemiæ lue infectos liberare, & cæteros ab ea præſervare, aliiſque præſentibus Eccleſiæ neceſſitatibus ſubvenire dignetur. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, ex illa ligandi, atque ſolvendi poteſtate, quam Nobis Dominus, meritis minimè ſuffragantibus, contulit, univerſis Chriſtifidelibus in alma Urbe prædicta degentibus, qui ſpatio unius menſis à die datæ præſentium computandi feria ſexta unius hebdomadæ intra dictum menſem decurrenda jejunaverint, & peccata ſua confeſſi, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum reverenter ſumpſerint, &, ne ex congreſſu populi, ſi aliquæ Eccleſiæ, ut moris eſt, ea de cauſa viſitarentur, contagionis augeatur periculum, domi privatim Roſarium Beatæ Mariæ Virginis, vel ſeptem Pſalmos Pœnitentiales cum Litaniis, & Orationibus adjunctis devotè ſemel recitaverint, ac ut ſupra oraverint, & pauperibus aliquam eleemoſynam, prout unicuique ſuggeret charitas, erogaverint: Cæteris verò extra Urbem prædictam ubique degentibus, qui in locis ubi nulla omninò epidemiæ luis ſuſpicio adeſt (quod prudentiæ Ordinariorum locorum dijudicandum relinquimus) Eccleſias ab iisdem Ordinariis, vel eorum Vicariis, ſeu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipſis deficientibus per eos qui ibi curam animarum exercent, poſtquàm ad eorum notitiam hæ noſtræ litteræ pervenerint, deſignandas, vel Eccleſiarum hujuſmodi alteram ſpatio ſimiliter unius menſis à publicatione deſignationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios, ſeu Officiales, vel alios, ut præfertur, faciendæ computandi ſaltem ſemel viſitaverint, aut ubi lues graſſatur, vel ejus adeſt ſuſpicio, ſeu contagionis periculum, Roſarium, aut Pſalmos præfatos cum Litaniis, & orationibus ut ſupra recitaverint, &, ut præmittitur, oraverint, & eleemoſynam ut ſupra erogaverint, ac feria ſexta unius hebdomadæ intra eundem menſem decurrendæ ſimiliter jejunaverint, pariterque peccata ſua confeſſi, ac Sanctiſſima Communione refecti fuerint, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem ſicut in anno Iubilæi viſitantibus certas Eccleſias intra, & extra Urbem concedi conſuevit, tenore præſentium concedimus, & elargimur. Navigantes verò, & iter agentes ut cum primùm ad ſua ſeſe domicilia receperint ſupraſcriptis peractis, & viſitata Eccleſiâ Cathedrali, vel maiore, aut Parochiali loci eorum domicilii, ſi inibi Eccleſiæ viſitandæ priùs deſignatæ fuerint, alioquin recitato Roſario, vel Pſalmis cum Litaniis, & Orationibus præfatis, eandem Indulgentiam conſequi poſſint, & valeant. Regularibus autem perſonis utriuſque ſexus etiam in clauſtris perpetuò degentibus, nec non aliis quibuſcumque tàm laicis, quàm Eccleſiaſticis ſæcularibus, vel regularibus, etiam in carcere, aut captivitate exiſtentibus, vel aliqua corporis infirmitate, ſeu alio quocumque impedimento detentis, qui ſupra expreſſa, vel eorum aliqua præſtare nequiverint, ut illa Confeſſarius ex jam approbatis ab Ordinariis ante præſentium publicationem, ſeu approbandis, eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare poſſit, eaque injungere, quæ ipſi pœnitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus. Inſuper omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus utriuſque ſexus tàm laicis, quàm eccleſiaſticis ſæcularibus, & regularibus cuiusvis Ordinis Congregationis, & Inſtituti tàm in Urbe prædicta, quam extra eam ubique locorum, ut præfertur, degentibus licentiam concedimus, & facultatem, ut ſibi ad hunc effectum eligere poſſint quemcumque Presbyterum Confeſſarium tàm ſæcularem, quam cuiusvis Ordinis regularem ex approbatis, ut præmittitur, à locorum Ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis, ſuſpenſionis, & aliis eccleſiaſticis ſententiis, & cenſuris, à iure, vel ab homine quavis cauſa latis, ſeu inflictis, nec non ab omnibus peccatis, exceſſibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, ſive Nobis, & Sedi Apoſtolicæ, etiam in litteris die Cœnæ Domini legi ſolitis contentis, & aliàs per quaſcumque noſtras, aut Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, quomodocumque reſervatis, in foro conſcientiæ, & hac vice tantum (non tamen à crimine hæreſis) abſolvere, & liberare valeant: Et inſuper vota quæcumque (Religionis, & Caſtitatis exceptis) in alia pia, & ſalutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in ſupradictis omnibus caſibus pœnitentia ſalutari, aliiſque ejuſdem Confeſſarij arbitrio injungendis. Quapropter tenore præſentium in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipimus, & mandamus omnibus, & quibuſcumque Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs Eccleſiarum Prælatis, ac quibuſcumque Ordinarijs locorum ubicumque exiſtentibus, eorumque Vicarijs, & Officialibus, vel ijs deficientibus, illis qui curam animarum exercent, ut cum præſentium litterarum tranſumpta, aut exempla etiam impreſſa acceperint, illa ſtatim abſque ulla mora, retardatione, vel impedimento per ſuas Eccleſias, & Diœceſes, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, Eccleſiamque, ſeu Eccleſias viſitandas ubi, ut præmittitur, id faciendum judicaverint deſignent. Non intendimus autem per præſentes ſuper aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, ſeu inhabilitate quoquomodo diſpenſare, vel aliquam facultatem tribuere diſpenſandi, ſeu habilitandi, & in priſtinum ſtatum reſtituendi etiam in foro conſcientiæ: Neque etiam eaſdem præſentes ijs qui à Nobis, & Apoſtolica Sede, vel aliquo Prælato, ſeu Iudice Eccleſiaſtico excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, ſeu aliàs in ſententias, & cenſuras incidiſſe declarati, vel publicè denunciati fuerint, niſi intra tempus dicti menſis ſatisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo ſuffragari poſſe, aut debere. Non obſtan. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, præſertim quibus facultas abſolvendi in certis tunc expreſſis caſibus ita Romano Pontifici pro tempore exiſtenti reſeruatur, ut nec etiam ſimiles, vel diſſimiles indulgentiarum, & facultatum hujuſmodi conceſſiones, niſi de illis expreſſa mentio, aut ſpecialis derogatio fiat, cuiquam ſuffragari queant, nec non Regula noſtra de non concedendis Indulgentijs adinſtar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, ſiue Inſtitutorum regularium etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Ordinibus, Congregationibus, & Inſtitutis, illorumque perſonis quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac formam in eis traditam pro ſeruata habentes, hac vice ſpecialiter, nominatim, & expreſſè ad effectum præſentium derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Ut autem præſentes noſtræ, quæ ad ſingula loca deferri non poſſunt, ad omnium notitiam faciliùs deveniant, volumus ut earumdem præſentium tranſumptis, vel exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis ubique locorum, & gentium eadem prorſus fides habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die XXI. Iulij MDCLVI. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

G. Gualterius.

Nos igitur, de Venerabilis Capituli Eccleſiæ Noſtræ Cathedralis Hildeſienſis conſilio & aſſenſu, Jubilæum hujusmodi, ea, qua par eſt, reverentia animiq; devotione amplectentes, promulgamus & promulgari mandamus in Civitate ac Diœceſi Noſtra Hildeſienſi, eaq; omnia & ſingula perfici, quæ in litteris Apoſtolicis deſuper confectis plenius continentur: deſignantes pro ejus initio feriam ſecundam, quæ erit prima dies menſis Septembris, cum continuatione quatuor ſeptimanarum proximè inſequentium, in ipſa Civitate, extra ipſam verò feriam ſecundam, in quam incidit feſtivitas Nativitatis B. M. Virginis, eſtque dies octava menſis Septembris, cum continuatione ſimiliter quatuor ſeptimanarum proximè inſequentium: nec non Eccleſias Noſtras Cathedralem, & S. Godehardi intra urbem, extra verò eam parochialem cuiusque loci, ad effectum Jubilæi conſequendum viſitandas, inibique devotè orandum, ut clementiſſimus Deus per viſcera miſericordiæ ſuæ fidem Catholicam protegere, ab hoſtium conatibus & inſidiis defendere, hæreſin extirpare, Principibus Chriſtianis pacem & concordiam donare, populos peſtilentia infectos liberare & cæteros ab ea præſervare, aliisq; præſentibus Eccleſiæ neceſſitatibus ſubvenire dignetur. Omnibus inſuper Prælatis, Paſtoribus, Curatis & Vice-Curatis, Concionatoribus, Catechiſtis, Civitatis ac Diœceſis Noſtræ ſupradictarum ſeriò injungentes, ut ſubditos, Parochianos, Auditoresvè ſuos, ad præſcripta in Apoſtolicis litteris opera pietatis exercenda ſedulò invitent incitentque, ut conceſſi incomparabilis theſauri, divinæq; imprimis gratiæ participes effici mereantur. Datum Bonnæ die 22. menſis Auguſti.

MAXIMILIANUS HENRICUS.

Jo: Stam.

Summariſcher Inhalt deß obgeſetzten Jubilæi.

I. Ihre Päpſtliche Heiligkeit thuen auß vätterlicher ſorgfalt alle Chriſtglaubige Menſchen erinnern und ermahnen/ daß ſie ihr Gebett andächtiglich und zu dem ende GOtt dem Allmächtigen auffopfferen ſollen/ damit er durch ſeine grundloſe Barmhertzigkeit den Catholiſchen Glauben gnädiglich ſchirmen und vor der Feinden gewalt und liſtigem beginnen ſchützen/ die Ketzereyen außrotten/ denen Chriſtlichen Fürſten und Potentaten wahren Frieden und Einigkeit verleyhen/ die jenige Völcker/ welche mit der Peſtilentziſchen Sucht behafftet ſeynd/ davon befreyen/ und andere davor behüten/ auch ſeiner Kirchen in gegenwertigen Nöthen beyſtehen wolle.

II. Verleyhen dieſem nechſt allen und jeden Chriſtglaubigen/ welche innerhalb verordneter vier Wochen die unten benänte Kirchen/ oder auß beyden eine/ auffs wenigſt einmahl mit ihrem Gebett beſuchen/ an einem Freytag ſolcher Wochen faſten/ ihre Sünde beichten/ und das Hochwürdigſte Sacrament deß Leibes und Bluts Chriſti mit Andacht empfangen/ und ihr Gebett zu obgeſetztem ende verrichten/ auch den Armen eine beliebige Almoſen mittheilen werden/ vollkommenen Ablaß und Vergebung ihrer Sünden/ allermaſſen ſolches in einem Jubel-Jahr zu geſchehen pfleget.

III. Und können die jenige/ welche etwa zu Waſſer oder zu Lande verreyſet ſeynd/ nachdem ſie zu ihren Wohnungen wiederumb angelanget ſeyn/ und obgeſchriebene Sachen verrichtet haben werden/ alsdann eben denſelbigen Ablaß und Vergebung ihrer Sünden/ wie obſtehet/ verdienen und erlangen.

IV. Den Geiſtlichen Perſonen aber/ beydes Geſchlechts/ und welche in ſteter clauſur verbleiben/ wie auch allen und jeden/ welche durch Gefängnüs/ Leibs ſchwachheit/ oder ſonſten einigerley weiſe/ obgeſchriebene Sachen alle/ oder etliche/ zu verrichten behindert werden/ können die approbirte Beichtvätter derenthalben/ und zu verdienung dieſes vollkommenen Ablaß/ andere Gottſelige Werck/ welche die jetzt benänte Perſonen werden verrichten können/ aufferlegen/ und dieſelbe auch zu gelegener Zeit verſchieben.

V. Es wird allen und jeden Chriſtglaubigen/ beydes Geſchlechts/ Geiſtlichen und Weltlichen/ freygelaſſen und erlaubet/ daß ſie zu erlangung dieſes Ablaß erwöhlen mögen einen auß Biſchofflicher macht approbirten Beicht Vatter/ er ſeye ein Weltlicher Prieſter oder eine Ordens-perſon: Von welchem ſie auch mögen abſolvirt und im gewiſſen freygeſprochen werden von allen cenſuren/ Sünden und Laſteren wie groß und ſchwer dieſelbige immer ſeyen/ außgenommen gleichwoll das Laſter der Ketzerey.

VI. Nicht weniger können ſolche erwehlte Beichtvätter alle Gelübden (auſſerhalb deß Geiſtlichen Stands und der Keuſchheit) in andere Gottſelige gute Wercke veränderen: doch daß den Pœnitenten obgeſchriebener Sünden halben heylſame Buſſen aufferlegt werden. Alles nach mehrerem Inhalt obgeſetzter Päpſtlicher Bullen.

VII. Und ſoll dieſes Jubilæum in hieſiger Stadt Hildesheimb ſeinen Anfang gewinnen am Montag den 1. Septembris, und vier gantze nachfolgende Wochen währen: Auſſerhalb der Stadt aber/ im gantzen Stifft/ ſoll damit der Anfang genommen werden am Montag den 8. Septembris, und gleichfals vier nachfolgende Wochen währen.

VIII. In beſagter Stadt Hildesheimb ſollen zu erlangung dieſes Jubilæi beſucht werden die hohe Thumb-Kirchen/ und S. Gotthard/ beyde/ oder eine von beyden: Auſſerhalb der Stadt aber im übrigen Stifft/ werden jedes Orths Pfarzkirchen zu beſuchen verordnet/ das Chriſtliche Gebett umb erhaltung obgeſetzten Zwecks darinn zu verrichten.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6266-p0002-9

FK II, 2653

J

M

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

VD 17

J. K. 124, 89a

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6266-p0003-5

Sanctiſſimi Domini Noſtri, D. ALEXANDRI Divina providentia Papæ VII.

JUBILÆUM UNIVERSALE

Ad implorandam opem Divinam in præſentibus Eccleſiæ neceſſitatibus.

MAXIMILIANUS HENRICUS DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA ARCHIEPISCOPUS COLONIENSIS, S. ROM. IMPERII PRINCEPS ELECTOR, ET PER ITALIAM ARCHICANCELLARIUS, EIUSDEM APOSTOLICÆ SEDIS LEGATUS NATUS: EPISCOPUS HILDESIENSIS ET LEODIENSIS: ADMINISTRATOR BERCHTESGADENSIS: UTRIUSQUE BAVARIÆ, NEC NON SUPERIORIS PALATINATUS, VVESTPHALIÆ, ANGARIÆ ET BULLONII DUX: COMES PALATINUS RHENI: LANDGRAVIUS LEUCHTENBERGENSIS: MARCHIO FRANCHIMONTENSIS, &c.

Univerſo Clero, Sæculari ac Regulari, necnon omnibus ac ſingulis Civitatis ac Diœceſis Noſtræ Hildeſienſis Chriſti fidelibus, Eccleſiaſticis ac laicis, ſalutem in Domino ſempiternam.

NUper Sanctiſſimus in Chriſto Pater ac Dominus noſter, D. ALEXANDER Papa ejus nominis ſeptimus, Jubilæum univerſale, ad implorandam opem divinam in præſentibus Eccleſiæ, iisq; graviſſimis, neceſſitatibus conceſſit, & publicavit, publicarique mandavit ubicunq; locorum, ſequenti ſub tenore:

ALEXANDER PAPA VII.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

E Suprema militantis Eccleſiæ ſpecula mentis noſtræ aciem quaquaverſum intendentes, & aſſiduas gregis Nobis ex alto crediti calamitates attentè contemplantes, crebra ex imo corde ſuſpiria, & uberes ex oculis lacrymas fundere cogimur. Cujus enim vel ferreum pectus non commoveant hodiernæ Orbis Chriſtiani miſeriæ? Viget vtiſcum maxime pertinax inter Principes Catholicos bellum, cui componendo fruſtra hactenus viſa ſunt eſſe humanæ prudentiæ conſilia. Ad Orientem piiſſimæ Reipublicæ ditiones decennali bello à Turcarum tyranno infeſtantur. Exutus ad Septentrionem Regni ſui parte hæreticorum armis Rex Orthodoxus, neque tuti ab eorum odio, & potentia aliorum fines. Sævit ad Meridiem dira epidemiæ lues, quæ & vicinos depopulatur, & huic Vrbi veræ religionis capiti imminere videtur. Vbiq; terror, ubiq; malorum impendentium formido; ita ut ſi unquam, certè nunc gravem Domini manum ſentiamus, flagitiis hominum ejus iram jugiter provocantibus. Cui placandæ licet privata noſtra, & aliorum ſacrificia, & preces ſine intermiſſione adhibere non deſiſtamus, promptius tamen id à divina miſericordia Nos conſequuturos arbitramur, ſi noſtris omnium Chriſtifidelium orationes, purgatis per ſalutarem veræ pœnitentiæ medicinam à colluvie peccatorum animis, jungantur: Clemens eſt enim, & miſericors Deus noſter, & propitiatur cunctis invocantibus eum in veritate. Hoc autem ut fructuoſius fiat, & majori cum ſpiritus ardore peragatur, ex veteri Eccleſiæ Romanæ omnium Matris, & Magiſtræ more eiuſdem Eccleſiæ theſau[illegible] tiſſimus, proferre, & erogare decrevimus. Itaque ex parte Omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sancti omnes, & ſingulos utriuſque ſexus Chriſti fidel[illegible] ubilibet locorum conſtitutos Apoſtolica auctoritate paternè requirimus, monemus, & in Domino adhortamur ad infraſcripta devotè peragendum, & adimplendum [illegible] ut per viſcera miſericordiæ ſuæ fidem Catholicam protegere, ab hoſtium conatibus, & inſidiis defendere, hæreſim extirpare, Principibus Chriſtianis pacem, & veram t[illegible] infectos liberare, & cæteros ab ea præſervare, aliiſque præſentibus Eccleſiæ neceſſitatibus ſubvenire dignetur. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beato[illegible] ate conſiſi, ex illa ligandi, atque ſolvendi poteſtate, quam Nobis Dominus, meritis minimè ſuffragantibus, contulit, univerſis Chriſtifidelibus in alma Vrbe prædict[illegible] præſentium computandi feria ſexta unius hebdomadæ intra dictum menſem decurrendæ jejunaverint, & peccata ſua confeſſi, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramen[illegible] populi, ſi aliquæ Eccleſiæ, ut moris eſt, ea de cauſa viſitarentur, contagionis augeatur periculum, domi privatim Roſarium Beatæ Mariæ Virginis, vel ſeptem Pſal[illegible] adjunctis devotè ſemel recitaverint, ac ut ſupra oraverint, & pauperibus aliquam eleemoſynam, prout unicuique ſuggeret charitas, erogaverint: Cæteris verò [illegible] in locis ubi nulla omninò epidemiæ luis ſuſpicio adeſt (quod prudentiæ Ordinariorum locorum dijudicandum relinquimus) Eccleſias ab iiſdem Ordinariis, vel eorum [illegible] dato, & ipſis deficientibus per eos quibus curam animarum exercent, poſtquàm ad eorum notitiam hæ noſtræ litteræ pervenerint, deſignandas, vel Eccleſiarum hujuſm[illegible] licatione deſignationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios, ſeu Officiales, vel alios, ut præfertur, faciendæ computandi ſaltem ſemel viſitaverint, aut ubi lues graſſ[illegible] iculum, Roſarium, aut Pſalmos præfatos cum Litaniis, & orationibus ut ſupra recitaverint, &, ut præmittitur, oraverint, & eleemoſynam ut ſupra erogaverin[illegible] m menſem decurrendæ ſimiliter jejunaverint, pariterque peccata ſua confeſſi, ac Sanctiſſima Communione refecti fuerint, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum [illegible] biles viſitantibus certas Eccleſias intra, & extra Vrbem concedi conſuevit, tenore præſentium concedimus, & elargimur. Navigantes verò, & iter agentes v[illegible] ſtipraſcriptis peractis, & viſitatâ Eccleſiâ Cathedrali, vel maiore, aut Parochiali loci eorum domicilii, ſi inibi Eccleſiæ viſitandæ priùs deſignatæ fuerint, alioquin r[illegible] ationibus præfatis, eandem Indulgentiam conſequi poſſint, & valeant. Regularibus autem perſonis vtriuſque ſexus etiam in clauſtris perpetuò degentibus, nec non a[illegible] icis ſæcularibus, vel regularibus, etiam in carcere, aut captivitate exiſtentibus, vel aliqua corporis infirmitate, ſeu alio quocumque impedimento detentis, qui ſupra [illegible] ut illa Confeſſarius ex jam approbatis ab Ordinariis ante præſentium publicationem, ſeu approbandis, eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximu[illegible] e ipſi pœnitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus. Inſuper omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus vtriuſque ſexus tàm laicis, quàm eccleſiaſticis [illegible] Congregationum, & Inſtituti tàm in Vrbe prædicta, quam extra eam vbique locorum, vt præfertur, degentibus licentiam concedimus, & facultatem, vt ſibi ad hunc [illegible] rum Confeſſarium tàm ſæcularem, quam cuiusvis Ordinis regularem ex approbatis, vt præmittitur, à locorum Ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis, ſ[illegible] enſuris, à jure, vel ab homine quavis cauſa latis, ſeu inflictis, nec non ab omnibus peccatis, exceſſibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam [illegible] olicæ, etiam in litteris diei Cœnæ Domini legi ſolitis contentis, & alias per quaſcumque noſtras, aut Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum Conſtituti[illegible] us pro expreſſis, quomodocumque reſervatis, in foro conſcientiæ, & hac vice tantum (non tamen à crimine hæreſis) abſoluere, & liberare valeant: Et inſuper vota [illegible] is) in alia pia, & ſalutaria opera commutare, injunctâ tamen eis, & eorum cuilibet in ſupradictis omnibus caſibus pœnitentia ſalutari, aliiſque ejuſdem Confeſſar[illegible] præſentium in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipimus, & mandamus omnibus, & quibuſcumque Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, [illegible] que Ordinariis locorum vbicumque exiſtentibus, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis qui curam animarum exercent, vt cum præſentium litte[illegible] eſſa acceperint, illa ſtatim abſque vlla mora, retardatione, vel impedimento per ſuas Eccleſias, & Diœceſes, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent [illegible] ſias viſitandas vbi, vt præmittitur, id faciendum judicaverint deſignent. Non intendimus autem per præſentes ſuper aliqua irregularitate publica, vel occulta, not[illegible] quomodo diſpenſare, vel aliquam facultatem tribuere diſpenſandi, ſeu habilitandi, & in priſtinum ſtatum reſtituendi etiam in foro conſcientiæ: Neque etiam eaſd[illegible], vel aliquo Prælato, ſeu Iudice Eccleſiaſtico excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, ſeu aliàs in ſententias, & cenſuras incidiſſe declarati, vel publicè denunciati fuerin[illegible] aut cum partibus concordaverint, vllo modo ſuffragari poſſe, aut debere. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, præſertim quibus facultas ab[illegible] ano Pontifici pro tempore exiſtenti reſeruatur, vt nec etiam ſimiles, vel diſſimiles indulgentiarum, & facultatum hujuſmodi conceſſiones, niſi de illis expreſſa me[illegible] ragari queant, nec non Regula noſtra de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, ſiue Inſtitutorum regularium et i[illegible] alia quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Ordinibus, Congregationibus, & Inſtitutis, [illegible] probatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & individua, non autem per clauſulas generales ide[illegible] io habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac formam in eis traditam pro ſeruata haber[illegible] ſè ad effectum præſentium derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Vt autem præſentes noſtræ, quæ ad ſingula loca deferri non poſſunt, ad omnium notitiam [illegible] ſentium tranſumptis, vel exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis vbique lo[illegible] ur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die XXI. Iulij MDC[illegible]

G. Gualterius.

Nos igitur, de Venerabilis Capit[illegible] Hildeſienſis conſilio & aſſenſu, Jubilæum hujusmodi, ea, qua par eſt, reverentia animiq; devotione amplectentes, promulgamu[illegible] tate ac Diœceſi Noſtra Hildeſienſi, eaq; omnia & ſingula perfici, quæ in litteris Apoſtolicis deſuper confectis plenius contin[illegible] o feriam ſecundam, quæ erit prima dies menſis Septembris, cum continuatione quatuor ſeptimanarum proximè inſeq[illegible] m verò feriam ſecundam, in quam incidit feſtivitas Nativitatis B. M. Virginis, eſtque dies octava menſis Septembris, cum continuatione ſimiliter quatuor ſeptimanarum proximè inſequentium: nec non Eccleſias Noſtras Cathedralem, & S. Godehardi intra urbem, extra verò eam parochialem cujusque loci, ad effectum Jubilæi conſequendum viſitandas, inibique devotè orandum, ut clementiſſimus Deus per viſcera miſericordiæ ſuæ fidem Catholicam protegere, ab hoſtium conatibus & inſidiis defendere, hæreſin extirpare, Principibus Chriſtianis pacem & concordiam donare, populos peſtilentia infectos liberare & cæteros ab ea præſervare, aliiſq; præſentibus Eccleſiæ neceſſitatibus ſubvenire dignetur. Omnibus inſuper Prælatis, Paſtoribus, Curatis & Vice-Curatis, Concionatoribus, Catechiſtis, Civitatis ac Diœceſis Noſtræ ſupradictarum ſeriò injungentes, ut ſubditos, Parochianos, Auditoresvè ſuos, ad præſcripta in Apoſtolicis litteris opera pietatis exercenda ſedulò invitent incitentque, ut conceſſi incomparabilis theſauri, divinæq; imprimis gratiæ participes effici mereantur. Datum Bonnæ die 22. menſis Auguſti.

MAXIMILIANUS HENRICUS. Jo: Stam.

Summariſcher Inhalt deß obgeſetzten Jubilæi.

I. Ihre Päpſtliche Heiligkeit thuen auß vätterlicher ſorgfalt alle Chriſtglaubige Menſchen erinnern vnd ermahnen/ daß ſie jhr Gebett andächtiglich vnd zu dem ende GOtt dem Allmächtigen auffopfferen ſollen/ damit er durch ſeine grundloſe Barmhertzigkeit den Catholiſchen Glauben gnädiglich ſchirmen vnd vor der Feinden gewalt vnd liſtigem beginnen ſchützen/ die Ketzereyen außrotten/ denen Chriſtlichen Fürſten vnd Potentaten wahren Frieden vnd Einigkeit verleyhen/ die jenige Völcker/ welche mit der Peſtilentziſchen Sucht behafftet ſeynd/ davon befreyen/ vnd andere davor behüten/ auch ſeiner Kirchen in gegenwertigen Nöthen beyſtehen wolle.

II. Verleyhen dieſem nechſt allen vnd jeden Chriſtglaubigen/ welche innerhalb verordneter vier Wochen die unten benänte Kirchen/ oder auß beyden eine/ auffs wenigſt einmahl mit jhrem Gebett beſuchen/ an einem Freytag ſolcher Wochen faſten/ jhr Sünde beichten/ vnd das Hochwürdigſte Sacrament deß Leibes vnd Bluts Chriſti mit Andacht empfangen/ vnd jhr Gebett zu obgeſetztem ende verrichten/ auch den Armen eine beliebige Almoſen mittheilen werden/ vollkommenen Ablaß vnd Vergebung jhrer Sünden/ allermaſſen ſolches in einem Jubel-Jahr zu geſchehen pfleget.

III. Vnd können die jenige/ welche etwa zu Waſſer oder zu Lande verreyſet ſeynd/ nachdem ſie zu jhren Wohnungen wiederumb angelanget ſeyn/ vnd obgeſchriebene Sachen verrichtet haben werden/ alsdann eben denſelbigen Ablaß vnd Vergebung jhrer Sünden/ wie obſteget/ verdienen vnd erlangen.

IV. Den Geiſtlichen Perſonen aber/ beydes Geſchlechts/ vnd welche in ſteter clauſur verbleiben/ wie auch allen vnd jeden/ welche durch Gefängnüs/ Leibs ſchwachheit/ oder ſonſten einigerley weiſe/ obgeſchriebene Sachen alle/ oder etliche/ zu verrichten behindert werden/ können die approbirte Beichtvätter derenthalben/ vnd zu verdienung dieſes vollkommenen Ablaß/ andere Gottſelige Werck/ welche die jetzt benänte Perſonen werden verrichten können/ aufferlegen/ vnd dieſelbe auch zu gelegener Zeit verſchieben.

V. Es wird allen vnd jeden Chriſtglaubigen/ beydes Geſchlechts/ Geiſtlichen vnd Weltlichen/ freygelaſſen vnd erlaubet/ daß ſie zu erlangung dieſes Ablaß erwöhlen mögen einen auß Biſchofflicher macht approbriten Beicht Vatter/ er ſeye ein Weltlicher Prieſter oder eine Ordens-perſon: Von welchem ſie auch mögen abſolvirt vnd im gewiſſen freygeſprochen werden von allen cenſuren/ Sünden vnd Laſteren wie groß vnd ſchwer dieſelbige immer ſeyen/ außgenommen gleichwoll das Laſter der Ketzerey.

VI. Nicht weniger können ſolche erwehlte Beichtvätter alle Gelübden (auſſerhalb deß Geiſtlichen Stands vnd der Keuſchheit) in andere Gottſelige gute Wercke veränderen: doch daß den Pœnitenten obgeſchriebener Sünden halben heylſame Buſſen aufferlegt werden. Alles nach mehrerem Inhalt obgeſetzter Päpſtlicher Bullen.

VII. Vnd ſoll dieſes Jubilæum in hieſiger Stadt Hildesheimb ſeinen Anfang gewinnen am Montag den 1. Septembris, vnd vier gantze nachfolgende Wochen währen: Auſſerhalb der Stadt aber/ im gantzen Stifft/ ſoll damit der Anfang genommen werden am Montag den 8. Septembris, vnd gleichfals vier nachfolgende Wochen währen.

VIII. In beſagter Stadt Hildesheimb ſollen zu erlangung dieſes Jubilæi beſucht werden die hohe Thumb-Kirchen/ vnd S. Gotthard/ beyde/ oder eine von beyden: Auſſerhalb der Stadt aber im übrigen Stifft/ werden jedes Orths Pfarzkirchen zu beſuchen verordnet/ das Chriſtliche Gebett vmb erhaltung obgeſetzten Zwecks darinn zu verrichten.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6266-p0004-0